Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Secundo in nocte euenerit sibi maximus dolor in capite et in auribus suis adeo
qd videbatur sibi continue audire quendam magnum sonitum multarum
campanarum et dum in in crastino videlicet die Iouis Assensionis Domini
mane de lecto surrexit Cecus factus fuit et visum omnino perdiderat et
sic per quatuor ebdomadas cecus remansit Tandem inuocauit beatum
Leopoldum ut sibi visum a deo omnipotenti impetraret et vouit Tumbam
suam cum duobus globis Cereis ad modum oculorum formari necnon Tan-
dela Cerea ad longitudinem capitis sui circumdantem velle visitare Cuq
se ad dictam Tumbam beati Leopoldi dum fecerat et votum predictum cum
suis oracionibus compleuerat Oratum et in contumuli circa Tumbam ipam
visum recuperauit et Pristine sanitati restitutus est Nunquam ex post aliqm
defectum in capite nec in auribus sensit Tamen absq aliquo ductore in domum
redit Credens fideliter eum sic sanari et liberatum ex meritis beati Leopoldi
miraculose esse

Super vicesimo et omnibus aliis articulis usq ad vicesimum quartum inclusive
testis examinatus est generalis

Et fuit sumptus eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinatus districtus vir Wolfgangus Heraler de Gemtzer
Patauien diocesis etatis sue annorum Quadraginta duorum vel circa
tonsestis prout cum prestiti testis videlicet Georgius Lincer de Tobling qui
deposuit ut sequitur

Et primo super primo et omnibus aliis articulis usq ad decimum octauum
inclusive testis examinatus dicit articulos fore veros quia semper ita esse
a senioribus suis audiuit

Super decimonono articulo incipien tem qd post mortem suam clarum ꝛc
testis examinatus dicit articulum fore verum quia vidit et a multis aliis
fidedignis personis audiuit plura et diuersa miracula circa Tumbam
beati Leopoldi facta esse Interrogatus secundo Interrogatorio prenotata
testis respondendo dixit quod a iuuentute sua nouit prefatum Georgium
et vidit eum tempore illo quo in sua depositione deponitur per quatuor eb
domadas cecum deinde visum circa Tumbam beati Leopoldi recuperasse
Tumsdem sicuti alleganit quia fuit cum eo et multis aliis in Capella
ubi corpus beati Leopoldi requiescit presens et omnia sic facta et gesta vidit
et audiuit Credens fideliter ipm Georgium ex meritis beati Leopoldi
miraculose visum recuperasse

Super vicesimo vicesimoprimo et vicesimo secundo secundo articulis testis
examinatus dicit articulos fore veros quia est generalis cum aliis deposi-
cionibus super eisdem

Super vicesimotertio articulo tum qd quotidie adhuc ꝛc testis examinatus